Quelle: http://manuscripta.at/?ID=1188
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



20

Redde rationem villicationis tue iam ei non poterit villicare. Carissime si esses rationem reddituro mille florenorum coram domino temporali iusto prudenti et seuero multum deberes sollicitari pro bona temporali cura facienda. Quis ergo multo magis sollicitus vigilans et timorata preddenda ratione de omissis et obmissis coram deo et angelis et omnibus sanctis eius quibus tuis pueribus et astantibus te necessario oportebit computare non solum de maioribus rebus sed etiam de minimis usque ad vltimum quadrantem. Vnde ysaie iiijo. Domini iudicandi venient cum senioribus populi et principibus eius. Item zacharie xiijo. Veniet dominus deus meus omnes sancti eius cum eo. Videlicet ad iudicium quale quod erit in publico coram omnibus et non in occulto. Et ideo magis est timendum. Vnde Sophonie iijo. Quia mane mane iudicium suum dabit in lucem et non abscondet. Erit ergo ratio multiplicanda de cuncta tua reddenda. Pauci videlicet de anima adhuc nobis data et omissa. Si enim rex filiam sibi dilectissimam quam in regno suo diuisisset facere reginam alicui suorum quam fecisset subditorum et ille eam male custodiret quis dubitet quin rex exiget rationem de custodia filie sue taliter negligente. Et quid ergo faciet rex zelozo dello cui filia suam speciale dilectam tradidit in custodiam quam intendit ad dignitate regiam in celis sublimare si eam male custodierit. Sine magna exinde exiget rationem. Ad dicit Deuteronomij iiijo. Custodi temetipsum et animam tuam sollicite. Nam sic Augustinus dicit. Quanto damnum e in amissione vnius anime quam mille corporum. Vnde Bernardus in libro meditationum. Totus iste mundus ad vnam anime pretium estimari non potest et lo dicit. Et. Cur carnem tuam preciosis rebus inuiscatis et adornatis quia post paucos dies vermes deuoraturi sunt in sepulcro. Et animam tuam bonis opibus non decoratis que deo et angelis eius putranda est in celis. Cur ergo animam tuam vilipendis et ei carnem promis. Dominam ancillari et ancillam dominari magna abusio e. Item dicit idem in libro de contemptu. Hodie filij hominum anime cura negligitur. Curam autem carnis omni desiderio proficiunt. Nequam enim prauae metuunt.